

2

ORATIO

IN INSTAVRATIONE

STUDIORVM

HABITA

Decimo quinto Kal. Novem.

A D. PETRO ANTONIO ORLANDINO

V. I. D.

IN ALMA

NEAP. ACADEMIA

ANNO MDCLXXVII.

MARCHIONI

DE LOS VELES

In hoc Regno Prorege

INAUGURATA

NEAP. EX TYP. BENED. N. N. N.

CLD 13C LXVII.



EXCELLENTISS. PRINCIPI
D. D. FERDINANDO
F A X A R D O,
ET REQVESENS
MARCHIONI DE LOS VELES
Regni Murciae Prætori,
Et in hoc Regno Neapolitano
P R O R E G E.

S. P.



*Os ille, Excel-
lentiss. Prin-
ceps, tam ve-
tustus, tam
præclarus dicendi quot-
annis, cum Regia huius*

A 2 Ci-

*Civitatis Studia auspi-
carentur, iamdiù inter-
missus, ac pene oblitera-
tus, tuis iam auspicijs, ac
nostri Prasulis providē-
tia Neapolitana Aca-
demia restitutus, velu-
t è busto excitatus revi-
xit. Atque ita beneficio
revixit tuo, ut è linguis,
ac tandiù muta eloquen-
tia, tandem è suggestu
festivior, ac vocalior e-
ruperit, fractisque diu-
turni silentij catenis pri-
sti-*

stinum dicendi morem
repetierit. Sed quod erat
maximè optandum, de-
fuit ; ut nimirum tuo
frueremur aspectu, cum
tuis frueremur beneficijs.
Quot enim luminibus
radiasset facundia? Quot
floribus stellata vernas-
set Oratio? Quot exun-
dasset delicijs? Si Faxar-
de gloriæ Sol huic nostræ
insedisset Academia,
quod Socratis quondam
Academia Græcorum de-

A 3 li-

*liramenta iactitarunt ;
contigisse , eodem ferme
modo , quo ille cecinit ,
(purpurea velatus veste
sedebat in solio Phæbus)
Neque tuarum virtu-
tum splendor adeo Nōs
perstrinxisset , ut vel in
tuis laudibus parci , aut
nimij videremur. Siqui-
dem nec tua in nos meri-
ta taciti praterire , nec
innumera majorum tuo-
rum Monumenta Glo-
ria, tuasque egregias ani-
mi*

mi dotes brevi temporis
spatio metiri potuissemus.
Etenim nec possunt silen-
tio evolvi, nec uno sunt
dignaliuo. Quis enim,
ut maiores tui, clarior
unquam extitit? Mul-
ti enim vero enituerunt
in bello. Sed obsoluerunt
in pace. Alios Toga,
sed non Arma illustra-
runt. Alij reverentiam
terrore extorserunt. Alij
benevolentiam muneri-
bus aucuparunt. Ille
glo-

gloria fastigium Domi
tenuit. Foris prostratus
iacuit, & qui Urbibus
moderari valuit, Castris
præesse nescivit. Postre-
mo adhuc nemo extitit,
cuius iubar gloria ali-
quam non sit passum e-
clypsim. At maiorū tu o-
rum quanta fuit concor-
dia, quantusque om-
nium laudum concentus,
omnisque gloria commē-
datio? Qui consilio præ-
stitit, Ceteros virtute.
an-

anteiuit. Qui togatus a-
morem ingeneravit; Sa-
gatus terrorem incussit.
Ac demum ex Fax ardo
saugvine nemo effluxit,
cuius aut belli fulmina
mentis aciem perstringe-
rent; Aut virtus pacis
Otio hebetaret. Omnes
inclyti, omnes omnium
Principum gestarunt Vir-
tutes, & Domi, & Bel-
li Consilij, & Victoria-
rum compotes extitere.
Hinc qualis, quantusq;
sis

*sis, & intuemur, & ex-
perimur, nam (Fortes
creatur fortibus nec im-
bellem feroces progene-
rant Aquila Colūbā) Iam
Urbs nostra magno cum
gaudio te excepit, magna
cum utilitate te fruitur.
Vidimus Gallorum Claf-
sem non eminus è nostro
Portu. Tuo consilio, ac
providentia fugatam.
Redijt tuo Aspectu om-
nibus terror, & Amor,
& vota imperata faciē-
di*

di. Itaque tam Inclyti
Regis Iure quidem opti-
mo geris vices, cum tibi
Regia quoque non desint
virtutes. Ea ergo qua
animi humanitate excel-
lis hoc meæ Orationis mu-
nusculum excipe, quod si
ad aures tuas perferre
non merui; Nomini tuo
dicatum tanquã Ana-
thema non dedignabere
Nestoream interim tibi
senectam auspico, ac
tua vita clepsydram eu-
boi-

*boico pulvere nunquam
vacuam .*

Excellentiæ Tuæ

*Humill^{iss}atq; obsequentiss. Famulus
D. Petrus Antonius Orlandinus.*



ORATIO



I huius tempe-
statis ratio ,
qua per duel-
lium perfidia,

& Hostium furor Hispa-
ni Iovis nemesim ad ul-
tionem lacesunt; Si ge-
nerosæ adolescentiū In-
dolis , ac virtutis; si no-
strorum Civium milita-

B ris

ris gloriæ appetentium
 mihi esset habenda; no-
 vo, atque inusitato more
 dicendi ad perorandum
 assurgerem, ac tam stre-
 nuos spiritus ad armo-
 rum magis, quàm ad bo-
 narum artium studium,
 vellicarem. Verum cum
 hoc sanctissimum Sapiē-
 tiæ Gynecæum; Cum or-
 natissimus confessus ve-
 ster, cum tot Peritissimo-
 rum Hominum expecta-
 tio, cùm demum locus
 hic

hic, ac mea quotidiana
 exercitatio aliud à me ex-
 poscat, Classicis militari-
 bus indicto silentio, belli-
 cas strenuissimorum ho-
 minū laudes cruore par-
 tas, tacitus transiliam; ;
 meumque in efferendis
 eleganti præconio litera-
 rum studijs conatum om-
 nem absumam, ac libera-
 lium disciplinarum orna-
 menta mea complectetur
 Oratio. Ergo nè gra-
 vissimis hūc temporibus

B 2 ne-

nemò fanè erit , qui virtuti militaris Gloriæ igniculos admoveat, ac generosam profligandi Hostes cupiditatem facundia conferat? Ergò nè dùm Europa armorum fluctibus æstuat , & peditibus, atque equitatibus undique exundat , vos studiorum malacia confopitos animos patiemi-
ni? Ergò nè cum Regi Nostro bellum gravissimum cum Hostibus est
ge-

gerendum , & perduellium audacia perfringenda, nos scientiarum, ac literarum commendatione à Castris Iuvenes vocabimus ? An non belli temporibus multum fortasse refert, militum strenuitatem laudibus exornare , militaria studia efferre , Martis Trophæa phrygiare præconijs; quo libentiùs belli pericula subeantur , ac labores ? aditum laudis ampliffi-

B 3 mum

mum, obstructis Iani fo-
 ribus, optimarum artium
 disciplinæ sibi referent.
 Abactis tormentorum
 bellicorum fragore che-
 lydum fides concinant,
 suoque distentæ suppli-
 cio, iucundam pariant
 harmoniam. Luxurient
 circa crines Lauri, cassi-
 dibus hebetantibus, ac
 rubigine obsitis. At ubi
 flagrant bella; Castra me-
 tantur, mugiunt ænea
 tormenta, nonnè feria-
 tas

tas amandabimus literarias disciplinas ? nonnè tot strenuos Iuvenes districtis gladijs hostes plectere, quàm stylum plectere adhortabimur ? nonnè Bellonæ pericula Palladis præferenda securitati censebimus ? Quid ergo ? nùm scientiarum, ac liberalium artium studia hisce temporibus ostracismo damnanda esse contendam ? minimè verò . Imò dicam cum sciētia-

tiarum , ac liberalium ar-
 tium studia omni fane tē-
 pore complectenda esse
 videantur , tūm maximè,
 cum bellum geritur, esse
 excolenda . Dicam nuf-
 quam magis Iuvenes im-
 bui scientijs , ac liberali-
 bus disciplinis oportere,
 quam ubi furor hostium
 à sapientissimis Impera-
 toribus est mergendus in
 sanguine . Dicam per-
 necessarium, ne dum uti-
 lem omnium disciplina-
 rum

rum cultum tempore,
 potissimum belli, nullāq;
 esse arcem, atque Urbē
 aliquam satis roboratam,
 atque munitam, nisi quæ
 peritissimorum hominū
 est confirmata præsidio.
 Vos interim lectissimos
 Viros obsecror, atque
 obtestor, ut me pro sciē-
 tijs, atque humanioribus
 literis dicentem ea, qua
 estis præditi humanitate,
 atque benevolentia exci-
 piatis.

Et

Et ut tandem è portu
 solvamus, ac scientiarũ,
 & liberalium artium lau-
 dibus velificemus. Pos-
 sunt quidem dici huius-
 modi ornamenta virtutũ
 Domi sane perutilia, imò
 etiam necessaria, belli ve-
 ro tempestate non ità uti-
 lia, ac necessaria, ut ne-
 gligenda non sint. Atque,
 ut omnes intelligant me
 bellatorum strenuitati, ac
 militari peritiæ tantum
 impertiri laudis, quantũ
 for-

fortitudini, ac virtuti de-
 beatur. Dico plurimum
 armorum peritiam, ac
 fortissimorum militũ co-
 pias Regnis, atque Vrbi-
 bus tutandis profuisse;
 scio enim maximas Ho-
 stium vires à fortissimis
 Imperatoribus nō sopho-
 rum, ac Iure peritorum
 sancitis, sed militum pe-
 riculis, ac laboribus; non
 Oratorum rostris, ac fa-
 cundiæ telis; sed Nauti-
 cis rostris, classibusque.

Non

Non poetarum arcubus;
 ac plēctris; sed arcubali-
 ftis, ac spiculis esse dele-
 tas. Scio bellicosissimum
 illum Imperatorem Ale-
 xandrum, cuius nomen
 instar est æterni triūphi,
 Persas, Medos, & tot
 alias innumeras barbaras
 nationes, non veterum
 librorū volutationibus,
 sed velitationibus, atque
 obsidionibus subegisse.
 Scio Urbem illam Orbis
 victricem Romam attri-
 vif-

viffe Sertoriæ vires in
 Hispanijs; At Luculli stre-
 nuitate . De Mithrida-
 te, & Tigrane triûphaf-
 fe; At virtute Pompei .
 Carthaginem deleviffe ;
 at fortitudine Scipionis .
 Itaque disciplina milita-
 ris, tàm amplum Princi-
 patum Romano Imperio
 peperit , & ex armo-
 rum peritia tot egregij e-
 manarunt triumphj. quid
 quod ? Ille inquam Im-
 perator inclytus Carolus

C Quin-

Quintus , cuius præco-
 nia nulla unquam ætas
 conticescet , qui Victo-
 rijs , non gressibus Eu-
 ropam toties lustravit ,
 atque illustravit non pe-
 ritissimorum hominum
 delectu , sed validissimis
 copijs , ac strenuissimis
 Ducibus tot efferas , atq;
 indomitas nationes fu-
 dit, profligavit, devicit;
 Quare militari disciplinæ
 tribuendum, quod unius
 Madriti Regia totius pe-
 ne

ne Orbis columen fuerit
 effecta; fatis opinor hoc
 esse militum laudis, fatis
 bellatorum fortitudinem
 commendatione dignam
 opinor; quod impetus
 Hostium sustituerint, pe-
 ricula, ac bellicos labo-
 res exantlaverint. Verū
 quod vicerint, quod fe-
 liciter bella commiserint,
 quod Vrbes alias obsidio-
 nibus explicaverint, alias
 expugnaverint, ac demū
 de magnis, ac fortissimis

copijs triumpharint, hoc quidquid est, quod certè magnum est, non viribus, non fortitudini, non strenuitati militum, sed sapientiæ, sed consilio, sed præstanti Ingenio Imperatoris tribuendum esse, necesse est fateamur. Iam vero quam pernecessarius sit belli temporibus scientiarum, ac bonarum artium cultus, cognoscite.

Non est sanè hæsitandum

dum magis bellicis periculis sagax profuturum consiliū, quā cuspidatum strenui militis iaculum. nō telorum, sed ingeniorū acumina maximas sæpe copias confodiunt, atque prosternunt. fortis, ac bene instructa acies mentis acie validius profligatur, ac demum Vnus Imperator omnibus sciētijs præditus, ac doctrinis non legioni, sed exercitui est comparandus. Non

C 3

enim

enim multitudinem , ac
 lacertosa militū robora,
 sed consilia Imperatoris
 metimur, & scientiā . Et
 quis unquā in Castris ho-
 stes deiecit , nisi qui cæ-
 teros non Viribus, sed
 Consilio anteivit ? quis
 spem victoriæ in militū
 robore nixam reliquit ?
 quis potius robustiores
 exercitus conflandos, quā
 sapientissimum Impera-
 torem præficiendum bel-
 licis , rebus esse putavit ?
 quod .

quod si non consilia, non
 scientia, non Imperato-
 ris ingenium, sed bella-
 torum vires, ac robora
 victoriam parerent, ac fe-
 lici exitu bella confice-
 rent. belluas, Medius fi-
 dius, in aciem educendas
 esse putarem. Etenim,
 fortia dorso iumēta sunt,
 namque ad ferendas sar-
 cinas sufficiunt. Leones
 cæteris animantibus for-
 tiores. Elephantes cor-
 poris magnitudine super-
 biunt

biunt. Canes sagacitate
 præstant. Cervi veloci-
 tate præeunt. Vrsi fero-
 citate præ cæteris metum
 incutiunt. quæ si certè
 bellicis rebus minimè ex-
 pedire videntur; quotus
 enim quisque est, qui nō
 intelligat quanto cōsilio,
 qua rerum peritia, quò in-
 genio omnibus discipli-
 nis referto excellere de-
 beat Imperator? num in
 nauclero remigum forti-
 tudo, an ingenium per-
 spi-

spicax, & scientia desi-
 deratur? qua syrtes de-
 clinet, vada effugiat, la-
 tentes haud impingat in
 scopulos; ventos prae-
 scat, tempestatesque, py-
 xidem nauticam scite ex-
 currat, clavum consul-
 tō moderetur? num for-
 tasse refert quale navi-
 gium sit, prætiosis an pi-
 ctum coloribus rostro
 fulgens aureo, tutela e-
 bore celata exornatum?
 an demum stabile, ac fir-
 mum,

mum, & iuncturis aquã
 excludentibus spissum ?
 quod si certè non lacer-
 tofæ vires , non aplustris
 superbiens malus, non ro-
 busta navis latera naucle-
 rum; sed cursus secundus,
 navigandi peritia inge-
 nij acumen commendat.
 Quis in Summo Impera-
 tore excultum omnibus
 scientijs ingenium, affla-
 tam divino quodam Nu-
 mine mentem, & provi-
 dum, atque antevergens
 con-

confilium non exquiret?
 & quis in bellis admini-
 strandis, ac militari Im-
 perio plurimum ratione,
 & consilio valebit, nisi
 qui ab ineunte ætate sciē-
 tiarum, ac liberalium ar-
 tium studijs se mancipa-
 vit? Etenim scientiæ, ac
 bonarum artium discipli-
 næ mentem instruunt;
 ingenium acuunt; animū
 ditant; rationem illustrāt;
 consilio replent; igno-
 rantia tenebras discu-
 tiunt

tiunt, perspicaciores ani-
 mos reddunt, ut nulla
 hostium latebra sit, quam
 non vestigent, nullum
 periculum, quod non
 transilient, nulla milita-
 ris calliditas, quam non
 prænoscant, secundos
 prævident eventus, ad-
 versos arcent, antever-
 tunt, occurrunt, & præ-
 peti consilio, quo mili-
 tum tela nondum perve-
 nerunt, stupentibus ho-
 stium copijs, invehunt,
 atq;

atque explicant vexilla
 Victoriæ. Et quisquam
 dubitabit tum maximè
 scientijs, ac bonarum ar-
 tium Studijs Regnis, Vr-
 bibusque opus esse cum
 bellum geritur, atque
 cum hostibus est congre-
 diendum, cum non for-
 tes milites, sed sapientis-
 simos pariant Imperato-
 res. vellem hic Roma-
 norum fastos, vellem an-
 tiquitatis monumenta e-
 xerere, vellem in mediũ

D pro-

proferre , profecto mihi
 ulterius progrediendum
 non esset ; cum ex tot, tā-
 tisque Imperatoribus ex-
 titerit nemo , qui è lyceis
 ad castra non avolaverit,
 ac diù in Palladis Studijs
 versatus non sit . Testis
 est Iulius Cæsar ille , in-
 quam, lux Cæsarum , Ro-
 manus Alexander, Terræ
 Mars , qui posteros adeo
 gloriæ splendore perstrin-
 xit , ut dubios, incertosq;
 reliquerit utro magis ip-
 se

se excelluerit armorum,
 an literarum peritia? ma-
 gis nè cōmentarijs gesta,
 an gestis commentaria il-
 lustrarit? ac demum utrū
 hostes magis eius calamū
 laudarint, an pugnantes
 eius gladium timuerint?
 qui elegantia styli, quos
 in castris necarat, revo-
 cavit ad vitam. Vt ne-
 scias utrum eius dextera
 profuerit, an læferit ma-
 gis? qui Gallos maximis
 cladibus affecit; Germa-

D 2

nos

nos , Eritanos domuit ,
 Pompeium Italia deiecit
 in Campis Pharsalicis fu-
 dit, Ptolomæum in Ae-
 gypto subegit. Qui quin-
 quies triūphavit de Gal-
 lia , de Alexandria , de
 Ponto , de Africa , de Hi-
 spania , amplumque Ro-
 mano Imperio Principa-
 tum adiecit; Hic, inquam,
 gloriosior è prælis, quam
 è tot prælijs emerfit , ut
 dubium nō sit Palladis ne
 studijs, an diris Bellonæ
 ru-

rudimentis maiorem sit
 gloriam cōsequutus. Hoc
 tamen prò certò est om-
 nes militum legiones in
 eius solemni pompa triū-
 phi hanc extulisse vocē
 (nemò melius , quam li-
 teratus imperat) . Te-
 stis est strenuissimus ille
 Agamenon , qui dicere
 cōsueverat se brevi tem-
 poris intervallo Ilium ex-
 pugnaturum , si non de-
 cem fortes Aiaces , ac tru-
 ces Diomedes , sed toti-

D 3 dem

dem Nestores ei non defuissent. Perindè hac validius unius sapientis lingua, quam bellatorum instructa manus pugnaret. Testis est supremus Hyerarca, Callistus tertius, Nicolao quinto suffectus, omnium bonarum artium in Italia instaurator, ac restitutor, qui admonitus de pernicie, atque incommodis, quæ orthodoxæ Religioni Iacobi Picinini arma minitabantur

tur, omnis expers metus
 respondit, se iam tria
 millia doctissimorum Vi-
 rosum coegisse, suæque
 ascivisse tutelæ (quorum
 consilijs, sapientiaque
 omnes omniū simul Eu-
 ropæ Ducum conatus fa-
 cile reprimi, contundi-
 que possent) usque adeo
 qui consilio pugnant de
 capite minimè periclitā-
 tur, & qui Apollinea re-
 dimuntur, ac teguntur
 lauro à fulminibus mini-
 mè

mè quatiuntur. Testis est
sapientissimus ille Impe-
rator Lucullus, qui tamen-
si numquam in aciem
processisset, atque in ca-
stris diuturno labore esset
versatus, ex literarum;
atque Historiarum volu-
tatione talem, tantāque
ebibit pugnandi scientiā;
ut mira virtute Reges
bellicosissimos, ac potē-
tissimos Regnis spoliari t,
atque deiecerit. Quis igitur
nunc inficiari pote-
rit

rit ex scientijs, ac liberalibus disciplinis effluxisse, pugnandi peritiam? quis non videt victorias, ac triumphos ex literarum, studijs emerfisse? quis nō intelligit in Academicis Imperatorum strenuitatem absolvi, ac dolari, & perfici militarem virtutem? Equæ tam latens militaris calliditas animo, & cogitatione cōcipi poterit, quæ lumen exculti ingenij effugiat? quæ machi-

chinamenta bellica con-
 strui ? quibus obstru-
 ctis claustris arces occlu-
 di ? quæ propugnacula
 obijci ? quæ omnia sapiē-
 tia strenuissimi Impera-
 toris moliri, atque appa-
 rare non valeat ? Te, te
 inquam appello, Lumē
 ingeniorum, Patriæ colu-
 men, ac firmamentum
 Archimedes, qui solem
 ipsum in fulmen ausus es
 vertere ; & vitro ferrea
 Romanorum iacula re-
 tun-

tundere potuisti . Quo-
 cōmento didicerunt Ro-
 mani , frustra gladios a-
 cuminari ; ubi doctissimi
 Viri ingenium acuitur .
 Et quæ , ut Syracusas de-
 moliretur , non est mo-
 litus Marcellus ? videor
 iam cernere quinquere-
 mes Muris Syracusarum
 admotas , mænia iaculo-
 rum turbine quassantes ,
 Turreſque ita concutien-
 tes , ut vix quenquam à
 vulnere vacuum in muro
 re-

relinquant. Videor pluri-
 mas Sagittariorum tur-
 mas, ac funditorum co-
 hortēs inde murorū pin-
 nas missilibus oppugnan-
 tes, illinc aggredientes
 omni genere tormento-
 rum opposito. Hic na-
 ves procul muro iunctas
 alias binas ad quinquer-
 mes, demptis interiori-
 bus remis, latus lateri
 applicantes, Turreſque
 contabulatas, ac machi-
 namenta quatiendis pro-
 pu-

or ph
 um u
 um o
 rü p
 igna
 tem
 rü
 m
 m
 re
 r
 pugnaculis deferentes .
 Videor demum intueri
 universam Romanorum
 classem Syracusas appul-
 sam , è portu naufragium
 ciuibus minitantem , ac
 bellico fragore evomen-
 tem excidia . Quid ad
 hæc Syracusani ? unius
 Archimedis ingenio ho-
 stilem omnem propulsa-
 runt conatum, omnemq;
 Marcelli impetum perle-
 vi momento ludificarūt .
 Itaque utius Archimedis

E ma-

manus vniuersam Roma-
 norum manum susti-
 nuit, omnemque hostiū
 apparatum evertit . O
 admirabilem literatorum
 hominum Sapientiam !
 O facinus nunquam ob-
 literandum ! I nunc , &
 scientias , ac literarum
 studia belli temporibus
 ex Urbibus deijce , atque
 expunge . I nunc , &
 scientiarum armamenta
 everte , atque conuel-
 le . I nunc , & inter Vr-
 bium

biū munimenta scientias,
 haud enumera ; Circino
 vallavit Patriam, & vi-
 treo propugnaculo repa-
 ravit exitium.

Quid referam eloquē-
 tiae monumenta ? quan-
 tum belli periculis pro-
 fuit ? quot bella extinxit ?
 quot districtos gladios
 retudit ? & quodnam bel-
 lum, tam crudele, tam
 exitiale fuit, quod sapien-
 tissimorum hominum fa-
 cundia non averterit ,

E 2 non

non amoverit, non eli-
 minaverit? dicam nè Va-
 lerij eloquentia Urbem
 Romam pestifera seditio-
 ne dissectam, ac ruentem
 totius Reip. statum, ip-
 soque pene in ortu deci-
 dentem, atque abeuntem
 in pessum, firmatum, ac
 recreatum, plebis com-
 presso furore, Romaque
 Romæ restituta? Dicam
 ne tantum Peryclis elo-
 quentiam Atheniensibus
 dominatam, ut liberta-
 tem

tem iugo servitutis sub-
 miserit, suoque arbitrio
 versarit, ac linguæ facun-
 dia è manibus arma ex-
 cusserit? Dicam de bello
 civili scitissime loquutū
 Tullium, & certiora au-
 spicia de belli evētu pro-
 tulisse, ipsoquemet Gneo
 Pompeio scientior exitus
 præcucurrisse consilio?
 & quoties Tullij eloquē-
 tia Patriam servavit? quo-
 ties civiles furorēs com-
 pescuit? quoties demum
 di-

districtos gladios cruore
 vacuos vaginis reddidit?
 Itaque experimento di-
 dicimus plus territasse,
 cohibuisse, valuisse belli
 temporibus unius disert
 Oratoris linguam, quam
 enses furentium legio-
 num.

Quid dicam nunc de
 Poesi? num belli tempo-
 ribus imberbis Apollo
 Martem galeatum mo-
 derabitur, & musarum
 chori agmina militum

E 3

du-

ducent? quid ni? cum
 Homerus lætheato ple-
 ctro cecinerit: neminem
 auspiciatius bellum gere-
 re, nisi qui prælia musis
 temperat, & Gethicum
 moderatur Apolline Mar-
 tem: quid ni? si iacula
 suavitate quadam oblita
 Poetæ è canoris torquent
 nervis, quæ ad animos
 usque permeant. quid ni?
 si belluæ sæpè immanes
 cantu flectantur, saxa,
 & solitudines voci Poeta-
 rum

mè quatiuntur. Testis est
 sapientissimus ille Impe-
 rator Lucullus, qui tamen-
 si numquam in aciem
 processisset, atque in ca-
 stris diuturno labore esset
 versatus, ex literarum;
 atque Historiarum volu-
 tatione talem, tantâque
 ebibit pugnandi scientiâ;
 ut mira virtute Reges
 bellicosissimos, ac potē-
 tissimos Regnis spoliari,
 atque deiecerit. Quis igi-
 tur nunc inficiari pote-
 rit

rit ex scientijs, ac liberalibus disciplinis effluxisse pugnandi peritiam? quis non videt victorias, ac triumphos ex literarum studijs emerfisse? quis nō intelligit in Academijs Imperatorum strenuitatem absolvi, ac dolari, & perfici militarem virtutem? Equæ tam latens militaris calliditas animo, & cogitatione cōcipi poterit, quæ lumen exculti ingenij effugiat? quæ machi-

chinamenta bellica con-
 strui ? quibus obstru-
 ctis claustris arces occlu-
 di ? quæ propugnacula
 obijci ? quæ omnia sapiē-
 tia strenuissimi Impera-
 toris moliri, atque appa-
 rare non valeat ? Te, te
 inquam appello, Lumē
 ingeniorum, Patriæ colu-
 men, ac firmamentum
 Archimedem, qui solem
 ipsum in fulmen aufus es
 . vertere ; & vitro ferrea
 Romanorum iacula re-
 tun-

tundere potuisti . Quo
 cōmento didicerunt Ro-
 mani , frustra gladios a-
 cuminari ; ubi doctissimi
 Viri ingenium acuitur .
 Et quæ, ut Syracusas de-
 moliretur , non est mo-
 litus Marcellus ? videor
 iam cernere quinquere-
 mes Muris Syracusarum
 admotas , mænia iaculo-
 rum turbine quassantes ,
 Turreſque ita concutien-
 tes , ut vix quenquam à
 vulnere vacuum in muro
 re-

relinquant. Videor plurimas Sagittariorum turmas, ac funditorum cohortes inde murorum pinas missilibus oppugnantes, illinc aggredientes omni genere tormentorum opposito. Hic naues procul muro iunctas alias binas ad quinqueremes, demptis interioribus remis, latus lateri applicantes, Turreaque contabulatas, ac machinamenta quatiendis propu-

pugnaculis deferentes .
 Videor demum intueri
 universam Romanorum
 classem Syracusas appul-
 sam , è portu naufragium
 ciuibus minitantem , ac
 bellico fragore evomen-
 tem excidia . Quid ad
 hæc Syracusani ? unius
 Archimedis ingenio ho-
 stilem omnem propulsa-
 runt conatum, omnemq;
 Marcelli impetum perle-
 vi momento ludificarūt .
 Itaque unius Archimedis
 E ma-

manus vniversam Roma-
 norum manum susti-
 nuit, omnemque hostiũ
 apparatus evertit . O
 admirabilem literatorum
 hominum Sapientiam !
 O facinus nunquam ob-
 literandum ! I nunc , &
 scientias , ac literarum
 studia belli temporibus
 ex Urbibus deijce , atque
 expunge . I nunc , &
 scientiarum armamenta
 everte , atque conuel-
 le . I nunc , & inter Vr-
 bium

biū munimenta scientias,
 haud enumera ; Circino
 vallavit Patriam, & vi-
 treo propugnaculo repa-
 ravit exitium.

Quid referam eloquē-
 tiæ monumenta ? quan-
 tum belli periculis pro-
 fuit ? quot bella extinxit ?
 quot districtos gladios
 retudit ? & quodnam bel-
 lum, tam crudele, tam
 exitiale fuit, quod sapien-
 tissimorum hominum fa-
 cundia non averterit ,

E 2

non

non amoverit, non eliminaverit? dicam nè Valerij eloquentia Urbem Romam pestifera seditione dissectam, ac ruentem totius Reip. statum, ipsoque pene in ortu decidentem, atque abeuntem in pessum, firmatum, ac recreatum, plebis compresso furore, Romaque Romæ restituta? Dicam ne tantum Peryclis eloquentiam Atheniensibus dominatam, ut libertatem

tem iugo servitutis sub-
 miserit, suoque arbitrio
 versarit, ac linguæ facun-
 dia è manibus arma ex-
 cusserit? Dicam de bello
 civili scitissime loquutū
 Tullium, & certiora au-
 spicia de belli evētu pro-
 tulisse, ipso quemet Gneo
 Pompeio scientior exitus
 præcucurrisse consilio?
 & quoties Tullij eloquē-
 tia Patriam servavit? quo-
 ties civiles furores com-
 pescuit? quoties demum
 di-

districtos gladios cruore
vacuos vaginis reddidit?

Itaque experimento didicimus plus territasse, cohibuisse, valuisse belli temporibus unius disertis Oratoris linguam, quam enses furentium legionum.

Quid dicam nunc de Poesi? num belli temporibus imberbis Apollo Martem galeatum moderabitur, & musarum chori agmina militum

E 3

du-

ducent? quid ni? cum
 Homerus lætheato ple-
 ctro cecinerit: neminem
 auspicius bellum gere-
 re, nisi qui prælia musis
 temperat, & Gethicum
 moderatur Apolline Mar-
 tem: quid ni? si iacula
 suavitate quadam oblita
 Poetæ è canoris torquent
 nervis, quæ ad animos
 usque permeant. quid ni?
 si belluæ sæpè immanes
 cantu flectuntur, saxa,
 & solitudines voci Poeta-
 rum

rum respondent. quid nū-
 si ipsi quoque impij ma-
 nes ipforum cantu sese à
 luctu, & à supplicijs tem-
 perant, cum ille cecine-
 rit (at cantu commotæ
 Erebi de sedibus imis)
 quid plura ? si tanta est
 Poeseos vis, atque virtus,
 ut mæstissimos lætitia
 perfundat, hilares eliquet
 in fletus; consternatos in
 audaciām erigat, trucu-
 lentos à cædibus cohi-
 beat. hanc nos inauditā,
 ac

ac pene divinam Poetarū
virtutem ad solitudinem
belli temporibus aman-
dabimus? ergo ne dum fe-
roces hostium copiae sunt
plectende, Poetarum ple-
ctra deijciemus, & dum
eviscerandæ sunt pugnā-
tium turmæ, nos Poeta-
rum arcus perfringemus,
qui potius corda, quam
chordas feriunt? ergo ne
dum fideli obsequio, vi-
tam Regi nostro devovi-
mus, cytharæ fides silē-
tio

tio immolabimus, ac solitudini? At levia sint hæc, blanda Poetarum mendacia sint. graviora subdam, quibus profecto nemo inficias iverit, tempore scilicet belli omnium scientiarum, ac bonarum artium cultum esse pernecessarium. attendite.

Trahimur omnes Aud. Laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur: ipsi illi Philosophi etiam in illis libellis, quos

quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt; in eo ipso, in quo prædicationem, nobilitatemque despiciunt prædicari de se, ac nominari volunt. hoc enim gloriæ calcari nocet, diesque animus suppingitur, & concitatur. hoc gloriæ pharmaco quisque studet indemnẽ à temporũ iniurijs ad posterorũ sui nominis commendationem transmittete-

tere; hoc demum gloriæ
 philtro quisque evorat
 pericula, ac labores. Alius
 sub diris Bellonæ rudi-
 mentis adolescentiã tra-
 ducit suam, mortem ip-
 sam laceffit, vulnera
 aucupatur, strenue oc-
 cumbit exanimis, ut tan-
 dem suæ famæ inspiret
 spiritum sempiternum;
 Alius studiorum cote in-
 genium acuit, lucubra-
 tionibus dolat assiduus,
 somnum, ac quietem ex
 ocu-

oculis expungit , vigilijs
 se se torquet plurimis, ut
 suæ virtutis effigiem ab-
 solutam , atque expo-
 litam relinquat. Hic Do-
 mi labori non parcit, il-
 le foris gloriam consecra-
 tur , ut ultra vitæ con-
 finium famæ , ac nomi-
 nis commendatio trans-
 grediatur , atque excur-
 rat ad posteros . Quan-
 to ergo studio scientias,
 ac liberales disciplinas fo-
 vere debemus ? qua dili-

F gen-

gentia excolere? quo conatu tempore potissimū belli illas servare, atque efferre, ut ea quę belli strenuē geruntur, possint scientiarum, ac bonarum artium cultores suis elegantissimis vigilijs celebrare, ne nobiscum nominis quoque commendatio tumuletur. Quod si hoc maximum est laborum incitamentum ijs, qui a bellicis periculis longe ab-

absunt, multò acrius illis, qui quotidie in vitæ discrimine versantur, & quorum vitæ stamē mortis, Martisque ictibus cōcutitur, ac subest obnoxium? qua alacritate? qua fortitudine? qua virtute pugnatu-
 ros nostros Imperatores, ac milites putamus, si sciverint Domini non defuturos, qui eorum gesta æternitati cōsignēt, & quò minus ipsorum tela non avolarint,

eodem alienis laboribus ,
 ac calamis eorum gloriã ,
 famamq; penetrare? Pu-
 tatis ne tam parvi vitam
 duxisse suam Magnum
 illum Alexandrum, ut in
 tot, tantisq; periculis im-
 plicitam maluerit tradu-
 cere, nisi scivisset omnis
 generis Poetas magnope-
 re in eius gestis describẽ-
 dis elaboraturos? qua glo-
 riæ cupiditate adeo exar-
 fit, ut non modo multos
 scriptores rerum suarum
 se-

secum duxerit ; sed etiā cum in Sigæo ad Achillis tumulum constitit. O fortunate, inquit, Adolefcens, qui tuę virtutis Homerum præconem inveniſis ; & vere nā, niſi Ilias extitiſſet illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. Quid ? magnus ille Pompeius, qui prælia victorijs exæquavit, quot præmijs doctiſſimos quoſque affeciſſe dicitur ? ma-

ioris gloriæ compendium
 se facturum existimans ex
 scriptorum fastis, quā ex
 militum velitationibus ,
 cum horum præsidio; nec
 securus vivere posset, illo-
 rum vero laboribus nun-
 quam eius nomen esset
 interiturum; quamobrem
 Theophanem Mitylenēū
 scriptorem rerum suarū
 in concione militum Ci-
 vitate donavit. Quid? De-
 cius ille Brutus summus
 Vir, atq; Imperator Attij
 ami-

amicissimi sui elegantissimis carminibus sua gesta efferre curavit, ut posteros cantus dulcedine titillarent, & per omnium ora in posterum vagarentur? has ergo facultates belli temporibus amandandas esse censebimus, quibus fortitudo militaris nedum effæminatur ad cantus, sed efferatur ad pugnam? has non excolendas esse putamus, quæ militibus sunt peri-

cu-

culorum incitamenta, ac laborum? Harum studiis adolescentes, hisce temporibus imbuere dubitamus, cum immortalem nominis famam militibus polliceantur, suisque lucubrationibus ad præclara agenda eos adstimulēt, atque impellant?

Quam igitur bene, ac sapienter Principes, ac Reges egerunt, qui veræ gloriæ, haud ignari, & victoriarum compo-
tes

tes Regijs quoque opibus
 scientiarum, ac liberaliū
 disciplinarum semina in
 suis Regnis, atque Vrbi-
 bus ferenda, atque ex-
 colenda curarunt. visum
 quippe ipsis est animos
 inde non enerves, ac de-
 fides, sed fortes, & veræ
 gloriæ cupidos eruptu-
 ros. Et quot privilegijs,
 atque honoribus bonarū
 artium cultores exorna-
 runt, cumularuntq;? Re-
 buffus centum octoginta
 pri-

privilegia in optimarum
artium professores ab Im-
peratoribusemanasse col-
legit. Sed num Tyranni
eas in solitudinem, lucos-
que abigendas esse duxe-
re? Imò vero illas adeo sūt
venerati, ut triumphali
pompa excipiendas esse
putarint, Itaque trucu-
lenta maiestas ad sapien-
tiæ aspectum quasi fa-
mulatura procubuit; ef-
feratosque mores dedi-
scere coacta arctissima
ne-

necessitudine sibi doctis-
 simos Viros devicit. Et
 nonne fertur Dionysius
 Rhedarium agens Syra-
 cusas Platonem invexis-
 se? quoquidem facto di-
 dicimus nihil adeo im-
 mane, ac ferum quod sa-
 pientiæ non se submittat
 Imperio. Sed quorsum
 hæc barbarorum exem-
 pla commemoro? fuit,
 fuit optimi cuiusq; Prin-
 cipis bene de doctissimis
 viris mereri; scientias,
 ac

ac liberales artes in suam
excipere tutelam; hono-
ribus, & privilegijs pluri-
mis ad illas excolendas
impellere; Academijs sin-
gulari providentia excu-
bare, & Regnis, atque
Vrbibus illarū cultu pro-
spicere. mitto hic illud
gloriosissimi Regis Atha-
larici commemorare, qui
ut Italiam totam à vitio-
rum lue vindicaret, scien-
tiarum, ac bonarum ar-
tium cultum excitandū,
ef-

efferendumque putavit.
 etenim literarum studia
 adolescentiam alunt; se-
 nectutem oblectant; se-
 cundas res ornant, adver-
 sis perfugium, ac solatiū
 præstant; delectant Do-
 mi; non impediunt foris;
 pernoctant nobiscum;
 peregrinantur, rustican-
 tur, quamobrem com-
 minuta præceptorum sti-
 pendia ad pristinum cen-
 sum redegit, atque exol-
 vi mandavit. illo rescrip-

G to

to (cum manifestum sit
præmium artes nutrire,
nefas iudicavimus Do-
ctoribus adolescentium
aliquid subtrahi, qui sunt
potius ad gloriosa studia
per commodorum aug-
menta provocandi.)

Verum quis poterit ta-
citus præterire nostrorū
Regum singularem, atq;
inauditam munificentiam,
qui excolendarum scien-
tiarum, ac literarum cau-
sa tot Regios sumptus ex-
hau-

hauriunt , atque absumunt , quot lycæa sapiētiæ inaugurarunt ? quot Achademias erudiendis Iuvenibus recluserunt ? quot Athenas in Regno invexerunt ? quæ enim vrbs in Hispanijs , atque in Italia tam celebris est , quæ hoc firmo literarum præsidio à Regibus Hispaniarum nō fuerit munita , atque firmata ? quid Barcinonem , Complutum , Conimbricam , Gra-

natum, Hispalem, Madritum , Salmanticam, Toletum, Valentiam , Valisoletum cōmemorem , nobilissimas Vrbes , & scientiarum , ac liberaliū artium præclarissima Emporia? cum hæc vrbs nostra , hæc ipsa Achademia , qua vitam , & spiritum ducimus Regum Hispaniarum in scientias, ac liberales disciplinas munificentissimam liberalitatem quotidie commēdare

dare, ac prædicare non
 desinat. quare si tot Re-
 ges, atque Imperatores
 si gloriosissimi Hispa-
 niarum Reges Nostri ubi-
 que Terrarum, quo ipso-
 rum ditionis potestas ex-
 currit divina quadã pro-
 videntia, ac largitione
 spiritum literis infuderunt,
 scientiarum, ac libera-
 lium artium professores
 illustrarunt honoribus, ut
 omni quidem tempore
 ingenia hisce, facultati-

G 3

bus

bus nutrentur, ne unquam ignavia habetarēt. videte quantæ curæ hisce præsertim temporibus nobis esse debet, ut scientiæ, ac bonarum artium disciplinæ efflorescant, ac vigeant? quod si belli temporibus ex Imperatorum Consilijs gaudia victoriæ, mæror hostium, ac fuga proficiuntur; Si facundiæ, ac poeseos tanta est vis, atq; virtus, ut sæpissime incēdia
 dia

dia belli extinxerit, pō-
 pulos in officio cōtinue-
 rit, refractarios domue-
 rit; si demum harum stu-
 dijs nostri nominis com-
 mendatio perennatur;
 strenuissimorum militū
 gesta transmittuntur ad
 posteros; quo studio? quo
 labore? qua sedulitate il-
 las tum maxime excole-
 re, & comparare debe-
 mus cum belli incommo-
 dis, ac periculis ingenia,
 ab illis avocari, ac di-

G4 stra-

strahi videantur? atque
 eo magis præstantissimi
 Iuvenes ad harum com-
 parationem omnem ve-
 stram solertiam conferre
 debetis, quo sapientio-
 res, ac peritiores præcep-
 tores vestris erudiendis
 ingenijs naviter defudāt,
 atque elaborant. Tanta
 enim in his rerum peri-
 tia, tanta styli elegantia,
 tanta eloquendi facultas,
 ac demum tanta ingenij
 præstantia elucescit, ut
 nequē sep-

septem illas animi dotes
 ab Imperatoribus Valē-
 tiniano, ac Theodosio in
 unoquoque præceptore
 perquisitas, ultra quam
 credi potest in his excel-
 lere videamus (^{supra} vitæ inte-
 gritas, docendi peritia, di-
 cendi faciūdia, facilitas in-
 terpetrandi, copia disse-
 rendi, bona fama, & do-
 cendi sedulitas) quare
 non est cur ab his nanci-
 scendis abhorreatis. No-
 lite parentum vestrorum
 spem

spem iamdiù conceptam
 ludificare. Nolite urbē
 nostram vestrorum inge-
 niorum laude, vestrorum
 laborum fructu, ac ve-
 stri nominis gloria orba-
 re. Consulite maiorum,
 vestrorum sanguini, con-
 sulite nomini vestro, con-
 sulite Patriæ. Superest
 nunc, ut in suprema ora-
 tionis meæ parte ad te
 pervigilem huius Acha-
 demie Larem, Præsidē,
 custodemq; me vertam;


Quid

Quid de te prædicarim?
 non enim fas est pressim
 quidquam de tuis laudi-
 bus dicere, neque tu præ-
 teris fusiꝛ; Illud mihi
 seges, ac materia tuarum
 virtutum intercludit; hoc
 me agere tuę modestię
 rigor non sinit. Quid tā
 novum? quid tam obscu-
 rum, si citra assentatio-
 nis suspicionem, ac mo-
 destię tuę vulnus, con-
 cordiam, ac tuarum vir-
 tutum concentum ad au-
 res

res audientium perferrē ?
 illam animi tui eximiam
 humanitatem cum gra-
 vitate coniunctam ; Iu-
 stitiam illam tuam ab om-
 ni studio familiaritatis se-
 iunctam ; prudentiam il-
 lam tuam singularem ab
 omni fraude alienam ; for-
 titudinem illam tuam in-
 vincibilem nullius per-
 vicacię nota exustam, ac
 maculatam ; innumeras
 demum tui animi dotes
 nullo vitiorum lęsas con-
 finio

finio , neque attingere
 auderem , neque percur-
 rere . Hoc tamen dicam,
 quod excellere virtute
 debuerat , qui virtuti da-
 retur Patronus . vivas diu
 sospes , atque incolumis
 huic ornatissime Achade-
 mie , vivas bono Ci-
 vium , bono virtutis .
 Nã quidquid deindè glo-
 rię , quidquid splendoris,
 quidquid laudis, hæc vrbs
 nostra ex ingeniorũ cul-
 tu retulerit totum vigi-
 lan-

lantię , solertię , ac tutelę tuę tribuendum esse posterī fatebuntur , quare , quod Plinius sub Traiano , hoc sub tuo regimine auspīcor (studia spiritum , ac sanguinem sub te recipient) aiebat.



AφΔ 14548/4

BIBLI
Vitt

